

mento, ad hanc ipsam rem facultatem Aesopo est elargitus
 A Ex quo illi mox arte contributa multiformi fabellatum con-
 cinnandarum, tantus in apologia evasit: quantum omnes
 agnoscerimus: agnoscerat & Tyaneus Apollonius, qui accom-
 modatiora ad sapientiam ejus viri lepida fimenta est ar-
 bitratus, quam poetarum commenta, quae de diis heroibus,
 ac magnis viris parum decora, minusque ad bonam frugem
 illestantia edunt in vulgus. Apologi vero Aesopi, ut inquit,
 Fabius, ducere animo solent, praecipue rusticorum, & imper-
 ritorum: qui & simplicius, quae facta sunt, audiunt, & capti
 voluptate facilis, quibus delectantur, consentiunt. *Cel. lib.*
15. cap. 26. ex Philostrato.

TULLIUS HOSTILIUS rex Rom. III. in adolescentia oves pavit,
 rustico patre natus. *Val. lib. 3. cap. 4.*
 MAXIMINUS senior, Imp. Rom. Thrax, fuit opilio in pueri-
 tia. *Capitolinus.*

[Faint, mostly illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page.]

FINIS LITERÆ O.

[Faint, mostly illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page.]

CAROLMANNUS, Caroli Martelli filius, & Caroli Magni
 patruus, qui monachus factus, Abbatis jussu rursus in Galliam F
 regni constituendi gratia profectus est: obedientia erga Ab-
 batem tanta fuit, ut greges ejus loci jussu pasceret. *Volat.*
lib. 21. Anthrop.

JOAN. ANTONIUS Campanus, agro, pascentisque ovibus ab
 initio a patre relegatus est. Deinde vero Episcopatum Arcu-
 num erguditione sua meruit.

OPILIONES DETESTARI.

Memoratur in *lib. Gen. cap. 46.* quod olim Aegyptii detesta-
 bantur pastores ovium, eo quod comederent eorum carnes,
 cum eas Aegyptii pro Diis colerent. Alebantur tamen apud
 eos oves, propter lanam, & lac, & ut aliis venderentur, ut
 constat *ibid. cap. 47. vers. 17.*

[Faint, mostly illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page.]

[Faint, mostly illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page.]

[Faint, mostly illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page.]

[Faint, mostly illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page.]

